Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Sammelhandschrift - Cod. Aug. perg. 135

[S.l], [10. Jh.]

Versus Bedae

urn:nbn:de:bsz:31-16288

Visual Library

drina quae in insula hiemauerat cui erat insigne castrorum
in greco enim pro insigni castrorum parasemodios corois scriptum est.
Diaos corois autem gemini castores idest pollux & castor grece uocantur.
Testis est urbs chol corum quae ab amphito & circio geminorum au
rigis facta ex eorum nomine dioscoria cognominata est. Quos ob
id gentiles in mari deos inuocant. quia in procliuis nautarum
si solitariae stelle in naui uel in antemnis apparuerint periculosi.
si uero gemine prosperi cursus sint nuntiae quarum aduentu fa
cigari diram illam appellatamque helenam ferunt. in alia edicio
ne filius iouis insigne habet fert enim fabule iouem in cygnum trans
formatum. Laedam thessei coniugem constuprasse atque inde natam
helenam. unde dicitur iste modulatur ales ledeos petiuit amplexus.
Item eandem mutatam in stellam uicuisse & castorem ac pollucem
geminos procreasse. Mansit autem biennio in suo conducto idest
in hospitio quod ipse sibi conduxerat xpm omnibus predicabat usque
sine prohibitione nec dum neronis imperio roborato non est prohi
bitus predicare at tamen ultimo eius imperii anno martyrio coro
natus est. EXPLICIT

UERSUS BEDE

Exul abhumano dum pellitur orbe hio annes
Et uetitus choica est cernere regna soli.
Intrat ouans caeli dno dilectus in aulam.
Regis & altithroni gaudet adesse choris
Hinc ubi subiectum sacra lumina uergit in orbem
Currere fluctiuagas cernit ubique rotas.
Et babyl ac solimam mixtis confligere castris
Hinc atque hinc uicibus tela fugamque capi
Sed mitem sequitur miles quicandidus agnum
Cum duce percipiet regna beata polo
Squameus ast anguis per tartara caeca maniplos
Submergit flammis peste fameque suos.

Munusque faciesque stadium uel ordo duelli
Ars quae quae uepha lanx palma uel arma forent
Pandere dum cuperem ueterum sata laeta per agros
Excerpsi campis germina pauca sacris
Copia ne potior generet fastidia mensis
Conuiuam aut tenuem tanta parare uetet
Nostra tuis ergo sapiant sifercula labris
Donanti laudes dic super astra deo
Sin alias animos tam nam plexatis amicos
Quae cano corripiens pumice frange ferro

DE PREFATIONE BEDE

Apocalypsis sancti iohannis in qua bella et incendia intestina ecclesie suae uerbis figurisque reuelare dignatus est VII mihi frater eusebi uidetur esse diuisa periochis. In quarum prima post prefationem copiosaque roborandam fidem fragilium domini passiones et posteriores glorias enumerat. Similem filio hominis aecclesia cernit indutum qui commemoratis his quae specialiter in VII asiae gesta uel gerenda sint aecclesiis generalis totius ecclesie lucas descripsit et palmas; ubi sexto loco consulte subiciendos ecclesie iudaeos et temptationem orbi uniuerso futuram seque promisit cito esse uenturum; Septimo autem tepidam ponit laodiciam. filius enim hominis putas inueniet fidem in terra;

In secunda periocha descriptis throno et sede dei IIII animalibus et XX IIII senioribus agnum uidet aperire libri signati VII sigillis conflictus et triumphos aecclesie reserare futuros. Ubi iuxta consuetudinem libri istius usque ad sextum numerum custodit ordinem et praetermisso septimo recapitulat illud tamen fixum seruat ita sexto recapitulet; Ac duas narrationes quasi ordinem secutus septimo concludit; Sed et ipsa recapitulatio pro locis intellegenda est;

Aliquando enim ab origine passionis. aliquando a medio tempore. aliquando de sola ipsa nouissima pressura aut non multo ante dicturus recapitulet; Tertia uero periocha sub specie VII angelorum